Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ: magnus Dux
Lituaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Samogitiæ &c: dominus et heres.

Mce

Mag. sincere nobis dilecte. Debetur ex Fisco nostro, Generoso Ioanni Wieruski Aulico nostro emeriti stipendii nomine, tanta pecuniarum summa, quanta consignata est in Schedula hac Nobilis Iacobi Za:lieski, Fisci nostri in Curia nostra Notarij, quam s: tua hisce literis inclusam accipiet. Mandamus itaq; s: tua, ut eam omnem pecuniam illi exolvat. neq; illi in ea numeranda ullam moram adhibeat. Nos porro id suscepturi à s: tua in rationibus sumus. Datum Vilnæ die prima Ianuarij. Anno domini M. D. LIX°. Regni vero nri anno XXX°.

Sigismundus Augustus
Rex sst:

MAgnifico Stanislao de Tarnow Castellano Zawichostien,
Regni nri Tesaurario, ac Siradien, Ostrzeszowienq Capit.
Sincere nobis dilecto.

In absentia eius Notariis Fisci nostri.

D. Joan Urzanski Anhis Sa
M. Rg. Szemey Soltt 190/23
Ao 1560
S. 11. Junij

42.
Wojewódzka Biblioteka Publiczna w Bydgoszczy BIBLIOTEKA Główna
RKp III 1219/39
48